

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena Prima.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

cum dem: & quam ob rem dem, commemorabo. Ge.  
ut cautus est, ubi nil opus est.

ch. Atqui ita opus est factio: at matura, dum lubido ex= dem hæc manet:

Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiciat.

De. Rem ipsam putasti. De. duc me ad eum ergo. Ge. non moror. ch. ubi hoc egeris,

Transito ad uxorem meam, ut conueniat hanc prius, quæm hinc abit.

Dicat eam dare nos phormioni nuptum, ne succéseat;  
Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior;  
Nos nostro officio nihil egressos esse; quantum is no= luerit,

Datum esse dotis. De. quid, malum, tua id refert? c.  
magni Demipho.

De. Non sat, tuum officium te fecisse, si non id fama ap= probat?

ch. Volo ipsius quoque uoluntate hoc fieri, ne se electam putet.

De. Idem ego istuc facere possum. ch. mulier mulieri mi= gi congruet.

De. Rogabo. ch. ubi nūc illas ego reperire possim, cogito.

## ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.

SOPHRONA, CHREMES.

Vid agam? quem amicum inueniam mi= hi misera? aut cui consilia  
Hæc referam? aut unde nūc mihi auxi= lium petam? nam uereor,



Hera

P H O R M I O

Hera ne ob meum suasum indigne iniuria afficiatur:  
Ita patrem adolescentis facta hæc tolerare audio nio  
lenter.

C. Nam quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ egressa  
est meo?

so. Quod ut facerem, me egestas impulit; cum sciremin-  
firmas

Hasce esse nuptias; ut id consulerem, interea uita  
ut in tuto foret. ch. certe ædepol, nisi me animus  
fallit,

Aut parum oculi prospiciunt, meæ nutricem gnata  
uideo,

so. Neque ille inuestigatur. ch. quid agam? so. qui est  
eiu' pater. ch. adeon',

An maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognosco?  
so. quod si eum nunc

Reperire possim, nihil est, quod uerear. ch. ea ipsa est  
colloquar.

so. Quis hic loquitur? ch. sophrona. s. Et meum nomen  
nominat? ch. ad me respice.

so. Dij obsecro uos: est ne hic stilpho? ch. non. so.  
negas?

C. Cöcede hinc paululū à foribus istorum sum fodes sophrona.  
Ne me istoc posthac nomine appellassis. so. quid? non  
is obsecro es,

Quem semper te esse dictast? ch. st. so. quid has me-  
tuis fares?

ch. Cöclusam hic habeo uxorē sœuā: uerū istoc de nomine  
Eo perperam olim dixi, ne uos forte imprudentes foris  
Effutiretis, atque id porro aliquā uxor mea resciseret.  
so.



So. Hem istoc pol nos te hic inuenire miseræ nunquam potuimus.

Ch. Echo dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac, unde exis? aut ubi

illæ sunt? So. miseram me. Ch. hem quid est? uiuunt ne? So. uiuit gnata.

Matrē ipsam ex ægritudine miserā mors consecuta est.

Ch. Male factum. So. ego autem, quæ essem anus deserita, egens, ignota,

Vt potui uirginem nuptum locauit huic adolescenti,  
Harum qui est dominus ædium. Ch. Antiphoni ne? s.

hem isti ipsi. Ch. quid?

Duas ne is uxores habet? So. au obsecro, unam ille qui dem hanc solam.

Ch. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? So. hæc ergo est. Ch. quid ait?

So. Cōposito est factū, quo modo hanc amans habere posset sine dote. Ch. dīj uostram fidē, quā m s̄æpe forte temere Eueniunt, quæ non audeas optare offendī adueniens,  
Quicū uolebam, atque ut uolebam, collocatam filiam.  
Quod nos ambo opere maximo dabamus operam, ut fieret,

Sine nostra cura maxima, sua cura hæc sola fecit.

So. Nūc quid factō est opus, uide. pater adolescentis uenit,  
Eumq; animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. C. nihil pericli est.

Sed per deos atque homines, meam esse hanc, caue res  
sciscat quisquam

So. Nemo ex me scibit. C. sequere me: intus cetera audies.

PHORMIO T

ACTVS QVINTI SCENA II.

DE MIPHO, GETA.

D. Os nostrapte culpa facimus, ut malos experiat esse,

Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos.

Ita fugiis, ne praeter casam, aiunt. non ne id satis erat,

Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est ultro obiectum ei,

ut sit qui uiuat, dum aliquid aliud flagitiū conficiat.

Ge. Planissime. De. his nunc præmium est, qui recta præua faciunt.

Ge. Verissime. D. ut stultissime quidem illi rem gesserimus.

Ge. Modo, ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.

De. Etiam ne id dubium est? Ge. haud scio hercle, ut homo est, an mutet animum.

D. Hem, mutet autem? Ge. nescio: uerum, si forte, dico.

De. Ita faciam, ut frater censuit; uxorem huc eius adducam,

Cū ista ut loquatur. abi Geta: prænūcia hāc uenturi.

Ge. Argentum inuentum est phædriæ: de iurgio filetur:

Pronisum est, ne in præsentia hæc hinc habeat: quid nunc porro?

Quid fiet? in eodem luto hæsitas: uorsuram soluis

Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plaga crescunt,

Nisi